

LYDIUS  
LAPIS  
INGENII, SPIRITVS,  
AC MORVM GASPARIS  
SCIOPPII.

AB

ALBERTO DE ALBERTIS,  
E SOCIETATE JESV TRIDEN-  
TINO. ET IN MEDIO LANENSE  
COLLEGIO, SACRARVM LI-  
TERARVM PROFESSORE  
CONFORMATVS.

Biblioteca  
Olegij Re-  
gali Salma-  
tini Societa-  
tis IESV.



ex dono,  
P. Petri  
Heronimi  
de Cordoba.

Permissu Superiorum.

MONACHII,  
Formis LVCÆ STRAVIT,

ANNO M. D. C. XLIX.

# FERDINANDO III.

AUGVSTISSIMO IMPERATORI.

GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ,  
CROATIÆ, SCLAVONIÆ, &c.

REGI,

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,  
DVCI BVRGVNDIÆ, STIRIÆ, CA-  
RINTHIÆ, CARNIOLÆ, ET VVIR-  
TENBERGÆ, &c.

COMITI TIROLIS.



Vvm immortalia tua fa-  
cinora, FERDINADE Av-  
GVSTISSIME, animo, &  
cogitatione percurro,  
nihil ego cunctos mor-  
tales in admirationem æquè rapere  
animaduerto, quàm quòd Te potius,  
quàm Tua, quicunque Nomen Tuum  
laudibus ad Cælum efferre, cupiunt,  
laudare necesse habent. Nimirum  
plerique Principum, Regum, atque  
Imperatorum, et si gloriofis titulis in  
Historiarum monumentis ambitiosè  
circumsonant, potentiaque, opibus,

f z domi-

# LAPIDIS LYDI PARS PRIMA.

*Quoniam de Hæretico Grammatico, variaq; eius Hæresi multus mihi hoc in Lydio sermo futurus est, ne quia deinceps remora preferendis paulò post res seris iniici queat, pauca hic mature hoc de scelere, scelestiug; hominibus generatim in hac prima parte sunt perstringenda.*

## CAP. I.

### Exploratæ de Hæresi, atque Hæretico sumptiones.

I.



ISPVTATIONEM de Hæresi, atque Hæreticis ex professo, hoc loco instituere, quum ea huic Lydio minimè necessaria sit, consilium mihi non est; sed potius, quæ à Theologis de huiusmodi materiâ probè iam sunt constituta, pro operis, quod aggredior, fulcimento carptim dumtaxat legere, Lectorique non tam probare, quam ab alijs iam satis probata in mentem reuocare. Quo in argumento admodum videlicet, spinoso, minimeque florido, ut vocabulis, Theologorum ore dudum iam usurpatis ac tritis, sine Latinitatis fraude, uti-mihi integrum sit, &c iure meo postulo, & ipsa etiam Latinæ linguae scita, ut alibi docui, & vltro largiuntur. iam mora nulla est.

II. Ordior ab ipsâ Hæresis definitione, quam Alphonsus à Castro lib... de iusta Haret punit. cap. I. Azor par. 1. Instiit lib. 8. cap 9 q 1. Sanchez lib 2. De cal. cap. 7. Beccanus 2. 2. de fide cap. 14. q. 1. num. 2. Ferdinandus à Castro Palao Tom. 1. Tradit. 4. Disp. 3.

A. 7.

to. I.

¶ In Mensuris Latinitatis cap. 26.